UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Methodvs Expeditæ Commvnionis Tum pro Sacerdotibus, tum pro omnibus fidelibus communicaturis

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

De vestibus externis: ubi an Sacerdos sine stola, & eques cum gladio decenter communicent, §. 4.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41783

Visual Library

§. 4.

De veſtibus externis: ubi, an Sacerdos ſine ſtola, & Eques cum gladio decenter communicent.

8 MIſſos Religioſos facio, qui certo veſtimentorum genere induti inſtringuntur, ſaltem in publico, ad Communionem accedere. Regulas quiſque conſulat ſuas.

9 Porrò, cùm certum ſit, veſtes non eſſe hic valde attendendas: non enim corporis ornatum, ſed animæ pulchritudinem expoſcit hoc Sacramentum; tamen modeſto quiſque, honeſtoque ornatu, propter reverentiam, uti, quantum poteſt, congruum eſt.

10 Sed hic in proprio loco quæritur. Primò. An cùm Sacerdos, extra ſacrificium communicat, ſtolam circa collum

tenere. ſub obligatione, oporteat. Reſpondeo. Id congruum quidem eſt: in cap. enim Eccleſiaſtica diſtinct. 23. ita præcipitur. Quia tamen & res non eſt (extrà Sacrificium) ex ſe gravis, & decretum illud, quo ad hoc, uſu jam eſt abrogatum; obligatio peccati non adeſt. *a*

a Azor 1. p. l. 10. c. 28. q. 12. Gavant. in Comm. ad Rubr. Miſſalis to. 1. d. 4. tit. 8. n. 7.

11 Quæritur Secundò an decenter fidelis accedat ad Sacram Euchariſtiam, armatus enſe, & pugione: ut ſi ſit Eques Religioſus S. Ioannis, S Iacobi, Alcantaræ, & ſimilium? Reſpondeo decenter: *b* quia hæc ſunt ipſorum inſignia, & quidem ad propugnandum pro fide. Cæteris laicis, idem conceditur, quia non eſt unde appareat irreverentia.

b Jo. Sanc. in ſelect. d. 45. n. 3.

12 Addunt tamen aliqui *c* id fieri debere, ceſſante ſcandalo: quod tamen raro ceſſare putant. Equidem licet ſim omnibus author, ut propter modeſtam humilitas

c Diana p. 3. tr. 2. reſol. 30. fine.

militatem illa inſtrumenta deponant; tamen. ſi ſecus fiat, non puto facilè affuturum ſcandalum, ſaltem grave: niſi fortè aliquam rudis homuncionis levem admirationem, de qua non eſt valde laborandum. Conſuetudo autem, quæ alicubi viget ea deponendi; nil aliud oſtendit, niſi prædictam modeſtiam, à qua ortum eam habuiſſe, & non niſi decentiæ obligationem afferre, jam omnes ferè norunt.

§. 5.

An corporis ſanitas requaritur ab accedente ad Euchariſtiam.

13 NVlla ex ſe requiritur. Solum ergo à communione arcendi ſunt infirmi illi, in quibus, ratione vomitus, vel frequentis tuſsis, aliqua irreverentia ſacræ hoſtiæ rationabiliter timetur. De leproſo vid. ſup. §. 2.